



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Quæstio 4. An qui paulatim modica usurpans ad notabilem quantitatem pervenit, mortaliter delinquat? & ad restitutionem sub læthali teneatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

tur, non continere obligationem gravem, ait Azor libro 5. cap. 6. colum. 80. locus verbum præcipio, jubeo, impero. Tale etiam est verbum prohibeo, inibeo, interdicto, vero: quamvis Cajetanus apud Azor, de his etiam verbis dubitet. Unum verò advertam cum Mag. Tapia in Catenâ lib. 4. quæst. 9. art. 2. num. 9. quod in omnibus verbis ambiguis, clarè non constat sensus eorum, minor interpretatio est adhibenda. * Vide etiam Mag. Texeda supra controvers. 13. dub. 2. fol. 92.

QVÆSTIO IV.

An qui paulatim modica usurpans, ad notabilem quantitatem pervenit, mortaliter delinquat, & ad restitutionem, sub lethali, tenetur?

§. I.

Quid de gravitate culpe?

1. **Q**Uoad primam controversiæ partem certum est apud Doctores, si furtum, quo materia gravis completur, fiat cum ignorantia, vel inadvertentia furtorum precedentium, non esse peccatum mortale: quia tale furtum per se est materia levis, & in voluntate operantis nullam cum precedentibus unionem habet, ac proinde non est, unde notabilem gravitatem desumat. Solum ergo est difficultas, quando usurpans recordatur precedentium furtorum, an illud ultimum, quo materia gravis conficitur, gravem malitiam contineat? Prima sententia asserit, tale furtum non esse mortale. Ita Navarrus in Manuali cap. 17. num. 140. Toletus lib. 5. cap. 16. num. 4. Verardus in Sum. Corona, p. 1. cap. 1. num. 28. Vega lib. 14. in Concilio Tridentino, cap. 11. in fine Graffius, Carbon, Lessius, & alii, quos refert Dicastillo tom. 1. de iust. lib. 2. tract. 2. disp. 9. dub. 3. nu. 50. & probabilem putant Filiucius, Rodriguez, Salas, & alii, quibus subscripsit Diana 1. p. tract. de Paupertate Religiosa, resol. 34. Quorum ratio est, quia præsens voluntas solum terminatur ad levem materiam præsentem, nec ipsa infert notabile damnum, sed partem, ex qua, & ex precedentibus coalescit: ergo ex memoria precedentium non potest malitiam gravem fortis memoria eam non mutat objectum voluntatis præsentis.

2. Ex Doctoribus hujus sententiæ nonnulli inferunt, eum, qui per minuta furtâ, absque peccato mortali, ad quantitatem gravem pervenit, non teneri sub lethali restituere, quia obligatio restituendi de qua loquimur, sequitur culpâ, ergo obligatio gravis culpâ gravè, & levis levè, ergo nullus tenetur sub mortali restituere, quæ solum venialiter peccando, furatus fuit. Ita expressè tenet Navarrus lib. 3. Consilior. in 1. edit. tit. de Regul. conf. 75. num. 27. in 2. tit. de statu Monachor. conf. 3. num. 27. in ratione secunda, & Berardus in Sum. Corona, p. 1. cap. 1. num. 28. Ubi sic ait: Si actus furandi procedunt à voluntate intereisa, hoc est, dum homo furatur illud parum, non intendit furari majus, nec alio tempore, &

postea de novo subvenit alia occasio furandi similiter, tunc quantumcumque referret hujusmodi furtâ, sic conditionata, semper est veniale, nec tenetur de necessitate salutis restituere illa. Quia sicut multa peccata venialia, nunquam possunt facere unum mortale, quantumcumque simul sumpta: ita hujusmodi parva furtâ, voluntate intereisa, cum unum sint, quantumcumque simul sumantur, & aliqua quantitate considerentur, nunquam facient unum furtum notabile mortale, & consequenter non parient obligationem; quia semper remanent in sua natura, hoc est, sunt venialia ratione parvæ quantitatis, sive furtum fiat semper eisdem, sive diversis. Quibus favet P. Sâm Sum. verb. Furtum, num. 8. Ubi ait: quosdam probabiliter existimare, non teneri sub mortali restituere, qui ab eodem minima furatur, et si pervenit ad magnam quantitatem. Et Diana ubi supra nu. 34. ubi hanc sententiam referens, non improbat, quin iudicet ei adherere videretur; & loquens de Religiosis furantibus res Monasterii, illam docet Fernandez in Exam. Theolog. Moral. p. 1. cap. 6. §. 2. n. 12.

3. Ceterum hæc sententia, cujuscumque sit, improbabilis est, & à veritate prorsus aliena, ut bene ait Thomas Sanchez lib. 7. Sum. cap. 21. num. 3. quia velle retinere furtum notabilis quantitatis, est manifestum lethale peccatum; sicut velle, illud committere; quia inesse moris, retentio nil aliud est, quam acceptio continuata. Nec fundamentum partis contrariæ ullius ponderis est; nam si quis, absque ulla sui culpa, rem alienam magni momenti usurpasset, & modo retineret, veritatis certior, sub lethali, teneretur vero domino restituere: ergo à fortiori, quando culpabiliter, et si venialiter tantum, accepit. Quapropter jure Navarr. sententiam superius traditam retractavit in Sum. cap. 17. num. 140.

4. Ideo alii præfatam sententiam temperant, asserentes, tunc illam quantitatem usurpam esse sub peccato mortali restituendam, quando extaret, aut ex illa furditior factus fuisset. Secus aliter: quia nec tenetur ratione rei acceptæ, cum nullo modo extet, nec ratione injustæ acceptionis, cum gravis culpa non interveniat. Sic Diana ubi supra, pro se referens M. Lorcam, & Granado; hunc 1. 2. controvers. 6. tract. 2. disp. 2. sect. 5. num. 49. & illum 1. 2. tom. 2. disp. 60. Ceterum mala fide Patrem Granado pro hac opinione adducit: Ille enim expressè loquitur, quando qui furatur ultimum obolum, non advertit illo modo, tunc impleri numerum, qui constituat magnam quantitatem, & tunc non excusat ab obligatione restituendi, sed solum dicit non esse certam: verba ejus sunt: Si autem illam quantitatem consumpserit, & ex illa non fuisset factus ditior, non est certum teneri sub mortali restituere; nam Henriquez lib. de regul. cap. 3. §. 1. litt. K. satis probabiliter cum multis, quos asserit, existimat, in foro conscientie non esse obligationem gravem restituendi pecuniam, ubi culpa mortalis non adest. Vide Ledesnam 2. p. 4. quæst. 18. art. 6. ad finem, §. Sed dubitas, & Sorus lib. 4. de iust. quæst. 7. art. 2. ante solutionem argumentorum, §. Dubium autem est. * P. vero Henriquez, Ledesma, & Sorus, licet & plures alii, quos sequitur, loco supra citato à P. Granado, non loquuntur de obligatione restituendi gravem quantitatem minutis furtis subreptam; sed de obligatione restitutionis ex damno aliquo gravi unica actione illato, absque culpa gravi inferentis. Cujus longe alia est ratio, ut ex dicendis constabit, quia plena libertas hi defectit, secus hic.

5. M. etiam Lorca non tradit, quod Diana illi imponit; loquitur enim de furtis minimis, sine continuatione mortali commissis, quorum restitutionis obligatio non continuatur. *Addo (inquit) nec tunc esse obligationem mortalem restituendi, nisi materia in specie perseveraret, aut ditior ex ea factus esset, qui furatus est. Si enim consumpsisset minuta illa, sine continuatione mortali accepta, non esset mortalis restitutionis omisso. *Ergo casu, quo acceptiones parva mortalem continuationem habuerint, utpote non nimis distantes, seu interpolata, licet ultima peccatum mortale non sit; non inficiatur M. Lorca obligationem gravem restituendi, quantumvis quantitas prius accepta consumpta fuerit, neque ex illa fur ditior evaserit. Cujuscumque verò sit Dianæ sententia, nullatenus sustinenda est. Quia obligatio restituendi per minuta furti præcedentia contracta perseverans unitur cum obligatione restituendi ex ultimo furto levi resultantem. Ergo ex utraque constituitur obligatio restituendi quantitatem gravem: hæc autem gravis obligatio est, & sub lethali adstringit, siue quantitas perseveret, siue non; nec fur ex ea ditior evaserit: sufficit enim, plena libertate acceptam fuisse, licet singulæ acceptiones ex parvitate materiæ à culpa lethali excusentur: à qua excusare non potest retentio, utpote materiæ gravis, nisi ex alio capite, ut propter impotentiam restituendi, &c. juxta principia communis sententiæ, de qua postea. Similiter ascendendum, si quis ignorantia invincibili valoris rei alienæ, adamantis, v. gr. cristallum putans usurpasset, veritate comperta, teneretur sub lethali restituere; si verò ex eodem errore alteri donasset, cum dominium semper apud dominum maneat, & res in specie extet, post depulsam valoris ignorantiam, obligatio levis in gravem transiret, ac proinde, aut donationem revocare, aut saltem rei valorem restituere teneretur.

6. Propterea secunda sententia asserit ultimum furtum quantitatis levis, quæ gravis completur, ut procedit à voluntate formali usurpandi levem quantitatem, non esse peccatum mortale, in quo convenit cum prima; secus verò ut à voluntate implicita retinendi quantitatem gravem ex hac, & præcedentibus coalescentem. Nam cum ille teneatur sub mortali illam summam restituere, non potest non mortaliter peccare, dum illam retinere intendit. Sic P. Lessius lib. 2. de justitia, cap. 12. dub. 8. Sayrus lib. 2. cap. 13. num. 19. P. Vazq. 1. 2. disp. 146. cap. 2. & alii.

7. Verum nec secunda hæc opinio omnino placet, quia non evitat absurda, quæ primam consequuntur. Nam si peccatum mortale non consistit in furto levis quantitatis, quæ gravis compleri noscitur, sed in voluntate retinendi quantitatem gravem: à mortali culpa excusabitur, qui illam injustè non retineat; ac proinde, & quicumque non possit restituere leves quantitates antea usurpatas, quia nec accipit alienum in quantitate notabili, ut ponimus; neque habet voluntatem expressam, nec interpretativam injustè retinendi quantitatem notabilem. Ex quibus infertur, hominem alioqui pauperimum, aut Religiosum, qui per votum paupertatis non habet, unde restituat leves quantitates præcedentibus furtis subreptas; non peccaturum mortaliter, nec in furto, nec in voluntate retinendi, vel non restituendi ablatum. Ex quo sequitur, posse quem grave damnum inferre cum plena libertate, & tamen à peccato lethali excusari: quod valde absurdum est, ut bene ponderat Dicastillo ubi supra num. 75.

8. Propter hæc, tertia sententia; cuiusdam mus, absolute asserit, eum, qui ultimum furtum committit quantitatis levis completis notabilitate proximo illati. Hæc est communis Dodonæ opinio, quam tenent Suarez, Valentia, Azor, Rubeus, Sorus, Petrus de Ledesma, & alii, quos sequitur Salas 1. 2. quest. 88. tract. 13. disp. 16. §. 2. 7. num. 4. Luis Lopez 1. p. institut. cap. 93. volum. 2. quest. 1. Thomas Sanchez ubi supra lib. 7. cap. 21. num. 6. Ratio est, quia scienter, & cum plena libertate peccatum mortale, quod autem autem quantitatem levem, quæ ad notabilem facti quantitatem pervenit, illius dominum graviter lædit, & magnum in suis bonis nocumentum peritiam perfecta libertate constituit: nequit ergo à peccato mortali ultimum illud furtum excusari, etiam si non habeat commoditatem relaxandi præcedentia, vel absolute sit impotens restituere. Quod concluditur aditus exemplo supra adducto de homine pauperissimo, vel Religioso paulatim modice occasione furante: impotentia enim restituendi præcedentia furtiola non tollit gravem damificationem proximi ex omnibus furtis collectam summa conflata, quam sub lethali quisque vitare tenetur. Nemo enim excusaret à lethali eum, qui levibus interpolatis proximum graviter læderet. Ergo nec qui furtis.

§. II.

Quando grave proximi damnum censetur?

9. **R**estat vero difficultas, an grave proximum censendum sit, eo præcisè, quod quæ quantitas ultimo furto completur? Negant autem res secunda sententiæ, qui constituentes peccatum mortale ultimi furti quantitatis levis, in retentione gravis ex illa, & præcedentibus coalescentis, abutuntur, retentionem quantitatis gravis ad heretice, etiam cum quis commodè restituere possit, non esse peccatum mortale; quia ut ait Salas ubi supra num. 88. *sub mortali solum tenemur, non minus restitutionem differre. *Ergo qui ultimum quantitatem subriperet, cum proposito non minus differendi restitutionem quantitatis gravis, gravi proximo læsionem non inferret. Quia ut ait Vazquez 1. 2. disp. 75. cap. 3. num. 14. *Perinde est detinere rem alienam, & usurpare: nam detentio aliud est, quam usurpatio quædam continuata, imo usurpatio ideo est mala, quia ordinatur ad retentionem. *Ergo quoties retentio, juxta auctores secundæ opinionis, excusetur à peccato mortali, tenetur levis damificationis, poterit etiam usurpatio nostra sententia excusari. Quibus facit Lessius 1. 2. de justit. cap. 6. dub. 7. ubi loquens de Principe prohibente venationem, quæ necessaria esset ad cavendam, quæ feræ multiplicata possent agris viciorum inferre, ad quorum restitutionem, si inferretur, tenetur; postquam statuit, non satis esse ad eos excusandos à peccato, si dicant, se velles, facere damna, si quæ sequantur, quia aliud peccatum est inferre damnum, aliud nolle compensare illatum, subreptis licet: *Quamvis si verè paratus esset, totum damnum absque mora compensare, & diligenter de eo subinde inquireret, non putarem, peccare mortali.

tiferè, quia non inferret notabilem injuriam. *

10. Quibus adde Petrum Hurtado de Mendoza 2.2. tom. 2. tract. de charit. disp. 173. sect. 10. subsect. 5. §. 125. ubi ait: licere cooperari ad minus furtum cum latrone ad evitandum majus, etiam respectu diversæ personæ; quando ex cooperatione non est damna passurus. * Carere enim (inquit) bonis brevi tempore non est grave damnum. * Ex quo principio alter Hurtado Complutensis disp. 8. de restit. disp. 4. excusat à lethali dilationem restitutionis, quando creditori aliud damnum non imminet; * quia tunc, inquit, ipsa dilatio non videtur gravis damnificatio, seu injuria contra creditorem. * Ex quibus inferitur, non aliter de usurpatione rei alienæ, ac de retentione quoad illationem damni discurrendum esse: quod nos docet D. Thomas 2.2. q. 66. art. 3. ad 2. ubi ait: Dicendum, quod detinere id, quod alteri debetur, eandem rationem nocuementi habet, cum acceptioe injusta. Et videtur traditum à P. Vazquez ubi supra; & quæst. 72. art. 6. num. 21. Ubi inquit, contra præceptum negativum esse peccatum retinendi alienum, licet & accipiendi. * Retentio enim (inquit) quædam usurpatio est, in id usurpatio peccatum est propter retentionem, nam usurpare tantum, nisi sequeretur retentio aliqua invito domino, ut si aliquis statim redderet, quod accepit, non esset peccatum, eo dumtaxat animo facta. * Cui consentit P. Granada 1.2. controvers. 6. tr. 2. disp. 2. sect. 5. num. 51. * Quia acceptio rei alienæ (inquit) non est mortalis, quando sit animo restituendi illam ita cito, ut ratione dilationis non inferatur domino damnum alicujus momenti. * Ergo juxta præfatos auctores quoties retentio gravis quantitas alienæ à mortali excusetur, ratione levis damnificationis, ut potè ad breve tempus retinenda; excusanda etiam erit acceptio animo citò restituendi, ita ut domino non inferatur damnum alicujus momenti. Hoc autem solùm inferitur per furtum levis quantitatatis, gravem completis, ratione voluntatis non restituendi statim, (ut diximus) vel ratione impotentis præinopia, ut contingit in Religioso per votum paupertatis, vel in homine alio qui pauperissimo.

11. Tertia hæc sententia, cui calculum meum adjungo, maxime differt à secunda; quia secunda excusat à peccato lethali gravem damnificationem parvo furto completam, licet cum memoria præcedentium, committatur ab eo, qui absolute non potest restituere, quod jam consumpserit omnes quantitates leves, prius subreptas; dummodo habeat animum solvendi, si forte aliquando pervenerit ad pinguiorem fortunam: sic cum Lessio tradit P. Salas ubi supra tract. 13. disp. 16. sect. 27. num. 88. & M. Serra 2.2. tom. 2. quæst. 66. art. 6. dub. 2. sol. mihi 455. * Excusari (inquit) possit à peccato mortali, si proponeret efficaciter restituere, quod prius abtulerat, aut absolute, si habet unde solvat; aut si non habet unde solvat, sub conditione, si forte aliquando pervenerit ad pinguiorem fortunam, & haberit, quo solvat. Tunc enim acceptio, & detentio talis oboli non continuatur cum acceptione, aut detentione præcedentium, cum sit retractata voluntas acceptationis, & detentionis præcedentium. * Quod putat etiam probabile P. Granada ubi supra. Tertia vero sententia, quam defendimus, id non admittit; quia eum qui quantitatem levem, non sit potens citò restituere, non excusat à peccato mortali, ratione gravis damnificationis injusta, quæ ibi intercedit: nam qui ex actu suo, etiam levi prænotat, proximum passurum esse notabile damnum, & illud efficit; verè

est causa moralis illius damni. Unde in nostra sententia aditus præcluditur absurde consequentiæ, excusanti à peccato gravi religioso, per minuta furta ex occasione, pervenientem ad quantitatem gravem, in id & gravissimam, quod in contraria opinione difficillimum est.

§. III.

Quid de restitutione quantitatis levis.

12. **R**ogabis, an ab onere restituendi sub lethali liberetur, qui levem quantitatem, gravem completam restituat? Negat cum Medina Complutensi, & Corduba M. Texeda tom. 1. lib. 2. tract. 2. contrav. 18. dubit. 2. n. 23.

13. Verum communis, & vera sententia in contrarium stat, quam tenet Bauni in Sum. lingua vulgari, cui titulus som. despech. pag. 220. edit. 6. & ex terminis notissima est, quia posito, quod octo regales, v. gr. sint necessarij ad constituendam quantitatem gravem, retentio septem, (sicut nec eorum acceptio) non est culpa gravis, ergo neque voluntas retinendi septem; sed restituito octavo, hæc solum manet; ergo. Est evidens consequentia, quia ante ablationem octavi regalis præcesserat acceptio, & retentio septem regaliū, & tamen non tenebatur sub lethali eos restituere, eo quod quantitas retenta non erat gravis. Ergo nec post restitutionem octavi tenebitur, cum ad pristinum statum reducat. Idem hanc sententiam sustinent Thomas Sanchez in Sum. lib. 7. cap. 21. Vazquez opus. de restit. cap. 9. §. 1. num. 78. Alcozer, Rebellus, Sayrus, & alij apud ipsos, quos sequuntur lib. 3. de restit. cap. 1. num. 60. Bassæus in Floribus, verb. Furtum, 1. num. 8. fol. 393. Diana 1. p. tract. de paup. res. 34. cum Megala, Aragon, & aliis. Machado tom. 1. lib. 2. tract. 19. docum. 2. num. 2. cum Hurtado, & Fagundes. Remigius in Sum. tr. 2. cap. 7. §. 1. num. 5. M. Hyacinthus Donatus in praxi, p. 2. tom. 1. tract. 15. q. 21. M. Acacius de Velasco tom. 2. ref. mor. verb. Hurtado, res. 64. cum Reginaldo, & Azor. Et cum Molina, Granada, & aliis sequitur Card. de Lugo tom. 1. de justit. disp. 16. sect. 3. num. 41. dicens: Ratio autem est clara, quia si ad illam summam non pervenisset, non peccaret mortaliter retinendo priorem summam. Ergo restituendo partem, reducitur retentio ad eundem statum, in quo non habuisset gravem malitiam; non est ergo unde illam habere possit. *

14. Adnotandum hic est, furta minima filiorum, aut Religiosorum, vel ancillarum in esculentis non pretiosis, sed ad communem usum deservientibus, non continuari ad culpam gravem: ut docent communiter Doctores, quia Pater, superior, & dominus esse non solent inviti quo ad substantiam rei acceptæ, quando nec ad vendendum, nec retinendum, nec ad usus illicitos, sed ad famis levamē usurpatur. Ac proinde licet damnum, quod decursu temporis illis inferitur, grave aliàs reputaretur, cum non fiat invito domino quoad substantiam, culpam gravem non constituit, nec ex ultimo furtiolo cum præcedentibus, obligatio gravis restituendi pullulat. Unde inferitur filium, vel servum non peccare mortaliter, licet habeat animum paulatim committendi ejusmodi furta levia, quia objectum hujus voluntatis non esset usurpatio rei gravis alienæ invito domino quoad substantiam rei acceptæ. Ita docet P.

Xx 3

Tho-

Thomas Sanchez in Sum. lib. 7. cap. 21. num. 31. quem sequitur Diana l. p. v. de paup. ref. 35.

QVASTIO V.

Verum peccatum mortale furti, ex suo genere, gravius sit, quam sodomia.

Peccati furti gravitatem eam esse, ut ex suo genere, sodomia malitiam superet, non patet viri docti tuerentur. Quod hoc syllogismo probant. Majus peccatum est, ex suo genere, quod majori virtuti opponitur; sed furtum ex suo genere opponitur iustitiae, quae est major virtus: Sodomia temperantiae, quae est minor; ergo furtum ex suo genere majus peccatum est, quam sodomia. Consequentia videtur legitima, & utraque praemissa est expressa D. Thoma alia 1. 2. quaest. 66. art. 4. in corpore, ubi ait: Secundum hoc, nempe secundum suam speciem, & simpliciter, iustitia inter omnes virtutes morales praecellit. Et infra: Post fortitudinem autem ordinatur temperantia, scilicet in cibis, & venereis. Ergo secundum D. Thomam iustitia major virtus est, quam temperantia. Alia autem praemissa non minus expressa est D. Thoma quaest. 73. art. 4. Ubi inquit, utrum gravitas peccati in differat secundum dignitatem virtutum, quibus opponitur? Respondet: Dicendum, quod virtuti opponitur aliud quod peccatum, uno quidem modo principaliter, & directe, & hoc modo oportet, quod majori virtuti opponatur gravius peccatum. Ideoque ad tertium argumentum in oppositum, quod h. sibi verbis obicit: Charitas est major virtus, quam fides, & spes; odium autem, quod opponitur charitati est minus peccatum, quam infidelitas, vel desperatio, quae opponitur fidei, & spei; ergo majori virtuti opponitur minus peccatum. Ad hoc, inquam, argumentum respondet, negando minorem, scilicet, minus peccatum esse odium infidelitatis, aut desperationis: quod inde probat, esse majus, quia odium opponitur charitati, quae est major virtus fidei, & spei. Ad tertium (inquit) dicendum, quod charitas non est quicumque amor, sed amor Dei, unde non opponitur ei quodcumque odium directe, sed odium Dei, quod est gravissimum peccatum. Ex quibus P. Salsas 1. 2. tom. 1. quaest. 73. tract. 13. disput. 5. sect. 3. num. 25. sic concludit: Quod peccatum nobiliori virtuti oppositum gravius sit, praeter D. Thomam, Cajetanum, Conradum, Medinam, Zumelium, & alios Thomistas, docet Scotus. Quibus consentiunt plures alii, ut testatur M. Lorca 1. 2. disp. 19. de peccatis, dicens, hanc regulam esse in universum veram, non pauci Expositores S. Thomae affirmant, & omne peccatum, quod digniori virtuti opponitur, esse gravius in genere moris, & secundum malitiam formalem. Quibus consonat M. Sotus in 4. disp. 12. quaest. 1. art. 5. Ubi sic: Respondetur autem cum Cajetano, regulam D. Thomae esse physicam, & verissimam, si intelligatur, ut debet, quod peccatum, quantum ad speciem suam, quantum est objecti majoris, est majus; sed tamen cum dicimus ex genere suo, insinuamus, quod peccatum minus ex objecto potest fieri majus ex circumstantiis: gravius enim est peccatum injustitiae, quam intemperantiae, quia iustitia est praestantior virtus; & tamen peccatum fornicationis

gravius est, quam furari unum argentum. M. Sotus, cujus verba aequè evincunt, furtum gravius, ex suo genere, gravius peccatum esse, quam injuriam, quia gravius est peccatum injuria, quam intemperantia; locum tamen relinquimus majori sodomitae peccati ex circumstantiis de quo infra.

2. Hic principis D. Thomae, & discipulorum innixi partem affirmativam, ut dixi, gravissimi doctores sustinent, inter quos P. Vazquez 1. 2. cap. 4. art. 4. in comment. S. ultimo. Ubi sic: Eadem tamen dicendum est, peccata luxuria contra naturam, etiam si magis turpia appareant, & majora contra famam digna sint, ex genere tamen suo, minus esse, quam peccatum furti; quia furtum jactat, illa autem peccata castitati opponuntur. Hec principio probat M. Lopez de Texeda in Theolog. art. 2. controver. 11. dub. ult. num. 173. homicidium esse minus peccatum fornicatione, dicens: Probatur, quod ut docet D. Thomas, peccatum eo est gravius, quanto turpia sua, & specie, quod opponitur directiori virtuti: ergo cum iustitia, cui directè opponitur homicidium, sit longe major, & perfectior virtus, quam temperantia, cui opponitur fornicatio, longè levius est peccatum ad fornicationem inclinans, quam fornicationem occidens. Hec Texeda, pro verba eodem pondere suadent, furtum ex genere gravius esse peccatum, quam sodomiam, propter eandem omnino rationem: est enim consequens ei eisdem principis necessariis deducta. Applicamus syllogisticam.

3. Eandem viri alii doctissimi legitime sententes, Patri Vazquez subiecti praeterunt. Baptista Fragolus tom. 1. Regimini Resp. part. 1. lib. 2. disp. 4. num. 230. fol. 230. in editione Lugduni anno 1641. post rem unamque exagitatam, sic concludit: Dicendum est, minus est, peccata luxuriae contra naturam, etiam si magis turpia appareant, ex genere tamen suo, minus esse, quam peccatum furti, eo quod furtum iustitiae opponitur: peccata autem illa castitati contrariantur. Sic Vazquez 1. 2. quaest. 71. art. 4. in comment. 1. vlt. Haec tenet Fragolus.

4. Fr. Hieronymus Garcia Ordinis S. Hieronimi in Sum. Hispana, tract. 1. diff. 2. dub. 9. in fine, num. 12. Affirmamus con Vazquez, que los peccados contra naturam, aunque mas feos, y graves sean, de los contrarios son menores, que el hurto, y otro qualquiera pecado contra iusticia, porque los peccados contra iusticia son mas graves, que los que son contra caridad. Luego de primo ad ultimum, venimos a concluir, que el hurto, y adulterio de furo son mas graves, que la sodomia.

5. Sapientissimus Doctor Ludovicus Morbini in Academia Complutensi celeberrimus, & primarius sacrae Theologiae Cathedrae moderator in 2. in 1. 2. quaest. 73. art. 4. in editione Complutensi, an. 16: 2. postquam cum D. Thoma, & suis ejus expofitoribus statuit esse gravius peccatum, quod opponitur praestantiori virtuti, sic ait: Sed dubium est, utrum gravitas peccati sumatur ex objecto, quod si sit unum peccatum minus grave ex objecto, possit esse eorum malitia ratione circumstantiarum taliter, quod aequet, aut etiam superet malitiam alterius peccati, quod est gravius ex objecto: Partem affirmativam tenet Medina, quem sequitur Lorca disp. 19. &c. adducitque exemplum de peccato sodomiae, quod est gravius, quam homicidium, & furtum, & tamen objectum est minus grave, quia iustitia est objectum intemperantiae, & objectum intemperantiae sunt iniustitia, &c. Contrariam sententiam